UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. VIII. De Termino Viæ illuminativæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

ſpeciem alienæ ſalutis procurandæ in neglectum propri
lutis Diabolus inducere conatur; quare ſpecialiter hic
landum erit, rogandúsque DEVS, ut introducat cum S
in cellam vinariam, & ordinet caritatem, oſtendendo
licet, quàm parùm proſit, imò quàm ſtultum ſit, ut mu
etiam univerſum quis lucretur, animæ verò ſuæ detri
tum patiatur, cùm utique quiſque ſibi proximus ſit, atq
caritas quoque à ſeipſo incipere debeat.

IV. Quarta tentatio eſt *judiciorum humanorum*
ctus & timor: cùm enim ij, qui volunt piè vivere in C
perſecutionem ſint paſſuri, teſte S. Paulo 2. Tim. 3. ab
ximè, quorum tepida converſatio à fervore taliter viv
reprobatur, meritò contra ejuſmodi reſpectus matur
mare debet is, qui vitam profeſſioni ſuæ conformem in
re voluerit. Hinc non immeritò antiquiores Aſcetæ
lemni axiomate habebant, primam virtutem eſſe M
(aut cujuſcunque alterius piè vivere volentis) Homi
dicia contemnere, exemplo ſcilicet S. Pauli 1. Cor. 4.
tis: *Mihi autem pro minimo eſt, ut à vobis judicer, au*
mano die. Et iterum ad Galat. c. 1. *An quæro Homin*
cere? ſi adhuc Hominibus placerem, Chriſti ſervus non

Caput VIII.

De Termino Viæ Illum… Nativæ.

I. TErminus iſte in tribus præcipuè capitibus c
quorum primum eſt *facilitas in virtutibus* e
cùm enim facilitas hæc non niſi ex habitu per freq
actus generato oriatur, meritò non modicam in v
ſtudio profectum arguit, maximè ſi contraria vitia
omnino extincta, aut certè magna ex parte ſuppreſſ
tantur, cùm juxta S. Auguſtinum & alios, *augmentum*
tis ſit diminutio cupiditatis, & perfecta caritas nulla c
& ſic de aliis virtutibus loquendo.

II. Alterum caput, in quo terminus viæ illum
conſiſtit, eſt *ablactatio ſpiritualis, & ſolidi cibi aſſum*
quo termino locutus eſt Iſaias c. 28. dum dixit: *Quem*
ſcientiam? (Aſceticam nempe, ſeu ſcientiam Sanct

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quem intelligere faciet auditum? (ſolidiorum ſcilicet ac ſublimiorum doctrinarum) *ablactatos à lacte, avulſos ab uberibus.* Et S. Paulo ad Hebr. 12. *Perfectorum autem ſolidus eſt cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.* Conſiſtit autem hæc ablactatio in hoc, ut non tantùm abſtrahatur appetitus à ſenſibilibus bonis (qualia ſunt munuſcula ſacra, recreationes, hauſtus extra menſam, ſomnus prolixior, favores Superiorum, laudationes de profectu, conniventiæ in erratis minutioribus) ſed etiam à ſpiritualibus, ut ſunt conſolationes, lumina ſpiritualia, devotiones ſenſibiles, guſtus in exercitatione ſancta, doctrina & alia talenta, quæ velut nuptialia ornamenta cautè & vereeundè uſurpanda ſunt.

III. Tertium denique caput eſt *morum ac iudicii gravitas, maturitáſque*: de quo termino S. Paulus 1. Cor. 13. locutus eſt dicens: *Cùm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus ſum vir, evacuavi ea, quæ ſunt parvuli,* omnem ſcilicet levitatē, tam in cogitationibus (puta inutilia ac vana deſideria aut ſpeculationes rerum nihil ad Spiritū proficientium) quàm in verbis (uti ſunt curioſarum ac facetarum rerum narratiunculæ, aſſentationes, aulicìſmi, & ſimiles) ac moribus (uti ſunt leviculi riſus, curioſi aſpectus, jocoſi tactus, feſtinus nimium inceſſus, effuſa comeſtio, immodica potatio) ſtudioſiſſimè vitando; ut verè impleat S. Auguſtini monitum in Regulis datum, dum dixit: *In omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.* Cùm enim teſte S. Gregorio Naz. ep. 193. *ubi Chriſtus eſt, ibi modeſtia quoque ſit*; viæ illuminativæ autem præcipuus ſcopus ſit Chriſti in virtutibus imitatio, meritò de hac via perinde ac de Monaſterio dici debebit poſſe cum S. Hieronymo in epiſt. ad Ruſticum: *De ludo Monaſteriorum huiuſcemodi volumus egredi Milites, quorum habitus, ſermo, vultus, inceſſus doctrina virtutum eſt.*

* * *

PARS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN